Nouerint Vniuersi Quod Ego Jacobus Pagarolas Agricola Ciuis
Tarracone medio juramento per meum animam meam ad Dominum
Deum et eius sancta quatuor Euangelia manibus meis Corporaliter tacta
prestito in manibus presentis notarij et scribe Infri Confiteor et in Veritate
recognosco Vobis Illustribus et admodum Reuerendis Dominis Canonicis
et Capitulo Sancte Metropolitane Ecclesie Tarraconen. administra-
toribus protectoribus et deffensoribus aniuersariorum et distributionum
Communium dicte Ecclesie, et pro Vobis Vobis admodum Reuerendis Dominis Joan-
ni Rouira et Francisco de Torme et de lien Commissarijs ad Capibre-
uiandum Census reddituus et alia jura dictorum distributionum et ani-
uersariorum electis et nominatis Vel non Ill.mo R.do D.no Raphaël
Moset Canonico dicte Ecclesie sindico et procuratori dictorum aniuersa-
riorum et distributionum presentibus et eo nomine acceptantibus notarioque
et scribe dicti Capibreuij publico infro tanquam publice persone pro Vobis
et alijs cuius interest recipienti acceptanti et stipulanti Quod teneo
in feudis habeo et possideo sequentia Primo quoddam terre troceum
siue hortum quod fuit Gasparis Oller mercatoris et postea Ludouici
Selma etiam mercatoris dicte Ciuitatis tinentie decem cortanorum
seminature parum plus uel minus situm in portu maris presentis
Ciuitatis Tarracone partim parietibus circundatum Et teneo
per aniuersaria et distributiones Comunes dicte Ecce. Tarracone et per
Vos dictos D.nos Canonicos et Capitulum administratores et protectore-
eorum et sub dominio et alodio eorundem ad Censum septem solido-
rum Bap.te anno quolibet soluen. in festo Sancti Joannis mensis
Junij cum laudimio firma et fatica et alio directo dominio Et ter-
minatur ab oriente cum plagia maris siue del moll a meridie cum
arena siue littore maris ab aquilone cum Camino publico et ab occi-
dente cum borigia infrius designanda partim et partim cum
borigijs alijs ibidem Constructis. Item etiam quandam borigiam
meam dicto terre tracto contiguam sitam in dicto portu maris
presentis Ciuitatis Tarracone Et teneo per dicta aniuersaria

GOBIERNO DE ARAGON

et distributiones Comunes dictæ Ecclesiæ Tarraconæ et per Vos dictos
Dominos Canonicos et Capitulum administratores et protectores
earum et sub dominio et alodio earundem ad Censum sex solidorum
Barcinonen. anno quolibet solvendorum in festo Beatæ Mariæ men-
sis martij Et terminatur ab oriente Cum predicto terræ trocio à
meridie cum borigia Magini Llorenz mercatoris ab occidente
cum plagia maris sive pario portus et ab aquilone cum borigia
Jacobi Marti botenj quæ antea fuit den Tortosa. Item etiam
totum illum hortum parietibus Circumclausum cum quadam
domo intus dictum hortum constructa situm in termino Tarra-
conæ in Camino del Port, quiquidem hortus antiquitus erat divisus
in duabus partibus, et Confrontat Videlicet a tribus partibus cum
Vijs publicis et ab alia parte cum horto qui fuit Mag.cæ Dnæ Viduæ
Dalgada, nunc Ven. Dni Desiderij de Monserrat et borigijs monasterij
Populeti et pupillorum Virgilis Et tenetur Videlicet pars superior
dicti horti quæ antiquitus fuit q.o Joannis Sarriga textoris lanæ
per Rdum Dominum Prioratum et Præpositurum mensis septembris
Ecclesiæ Tarraconæ et per eius Rdum Dnum Priorem nomine eius-
dem et sub dominio et alodio eorundem Prioratus et Præpositura ad
Censum triginta quatuor solidorum anno quolibet solvendorum
in festo Natalis Dni cum firma et fathica laudimio et alio quolibet
pleno jure et directo dominio Pars vero inferior dicti horti versus
mare quæ fuit Mag.ci Onophrij Trullols medicinæ doctoris tenetur
per aniversaria et distributiones Comunes dictæ Ecclesiæ Tarraconæ
et per Vos dictos Dnos Canonicos et Capitulum administratores et
protectores earum et sub dominio et alodio earundem ad Censum
Viginti solidorum anno quolibet solvendorum in dicto festo Natalis
Dni cum laudimio firma fathica et alio quolibet jure et directo
dominio Et pertinent et spectant ad me dictum Jacobum Pagaro-
les predicta omnia et singula Ut heredem Universalem Antonij Pa-
garoles q.o agricolæ Tarraconæ habitatoris patris mei prout de ea
Universali herentia Constat in eius ultimo et valido testamento

GOBIERNO DE ARAGON

in pergameno exarato acto Condito et firmato Tarracone die
trigesima mensis septembris anno a nativitate domini millesi-
mo quingentesimo octuagesimo quinto recepto et testificato et clauso
sive subsignato per D. Trucmonum Torrens auctoritate Regia no-
tarium publicum Tarracone. Ad dictum vero Antonium Pa-
querolis patrem meum predicta pertinebant et spectabant
videlicet terra olivetum et borgia superius primo et secundo loco
designata titulo sue proprie emptionis quam inde fecit a venerabili
Paulo Selma presbytero Commensali sedis Tarracone tutore et curatore
testamentario una cum Jacobo Selma fratre suo deffuncto bonorum
et filiorum qui fuerunt honorabilis quondam Ludovici Selma mercatoris
Civis Tarracone fratris sui. Prout de dicta sua emptione constat
quodam publico Instrumento in membrana exarato acto Tarracone die
trigesima mensis Martii anno a nativitate domini millesimo quin-
gentesimo octuagesimo quinto dominii ratione firmato et lau-
dato recepto et testificato et clauso sive subsignato per D. Ber-
nardum Gendre notarium publicum Tarracone. Ipsi vero
tertio et ultimo loco designati pertinebat et spectabat titulo sue
proprie emptionis quam de eodem fecit a dicto Paulo Selma presbytero
Commensale dicte Ecclesie et Jacobo Selma mercatore Cive dicte
Civitatis tutoribus et curatoribus Joannis Selma pupilli filii
et heredis quondam Ludovici Selma Mercatoris Civis Tarracone. Prout
de dicta sua emptione constat mediante publico Instrumento acto
recepto et testificato in scribania publica et communi Tarracone
sub diversis Chalendariis quorum primum fuit die septima mensis
Augusti anno a nativitate domini millesimo quingentesimo octuage-
simo secundo dominii ratione firmato et laudato sequentibus que de
instrumentis clausula decimi pro laudimio exhigendo est inserta.
Ipsi igitur omnia et singula supradicta vera esse veritateque niti
Juro pacisor convenio et bona fide promitto ego dictus Jacobus
Paquerolis vobis dictis dominis Canonicis et Capitulo Ecclesie Tar-
racone administratoribus protectoribus et deffinitoribus predictis

Codicis Commissariis et procuratori notariis infrascripto tanquam publice persone pro vobis et aliis etiam personis omnibus et singulis cuius intererit recipienti paciscenti ac etiam legitime stipulanti. Actum est hoc Tarracone die prima mensis Augusti Anno a nat. Domini Millesimo sexcentesimo duodecimo. Sig+num Jacobi Pagerols confitentis predicti qui hec concedo laudo firmo et juro.

Testes huius rei sunt Venerabilis Gaspar Compte Clericus Gerundensis diocesis et Hieronimus Bull notarius publicus Tarracone.

Copia huiusmodi confessionis capibrevii in his duobus paginis foleis contenta sumpta et abstracta fuit a suo originali capibrevio recondito et custodito inter scripturas publicas Archivii Ill. Capituli Rev. Canonicorum Sanctae Metropolitanae ecclesiae Tarraconensis et cum dicto originali ad verbum comprobata. Per me Gasparem de Casals auctoritate apostolica et regia notarium publicum Tarraconensis civem Secretarium dicti Ill. Capituli, eorumque dictas scripturas regentem. Et ut eidem copie licet alieno calamo fideliter scripte in iudicio et extra, ab omnibus fides plena adhibeatur. Ego dictus Gaspar de Casals notarius et secretarius prememoratus, hic me subscribo, et meum solitum artis notariae quo in publicis claudendis instrumentis utor appono.

Sig+num. Constat de borrato in lin. xviija secunde pag. ubi nil est legendum.



Recepit notarius pro presenti solidos decem – x ſ –